



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De mollitie. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

quam fecit vetula vna, quod accidit propter tepiditatem, scilicet quia paruum habent desiderium agendi poenitentiam, vnde Bern. Forsitan ideo non possumus, quia non multum volumus. Tepiditas etiam facit vt homo petat, & non accipiat. Accidit enim q̄ aliquis x. annis non accipit quod in oratione petit, quia petit tepidè, quod alius qui feruenter peteret, vna die impetraret: vnde Aug. Seruat tibi Deus quod nō vult cito dare, vt & tu discas magna magnè desiderare. Tepiditas etiam facit vt homo semper pugnet nec vnquā vincat, nec illā sublimē p̄missionē vincētū vnquā accipiat, q̄ habetur Apoc. 2. Vincētū, inquit dabo māna absconditū. Tepid⁹ autē adeo remisse agit, q̄ nūquā peruenit ad retributionē, q̄ est in custodia mādatorū. Quæ tanta est q̄ nō potest dici sicut dicit Glo. sup illud, In custodiēdis illis retributio multa. Tepid⁹ similis est homini auaro, de quo dicitur vulgariter, q̄ tantū expēdit quantū largus, & tamē non habet inde gratiā, nec mercedē, quia pro modico multā perdit. Tepidus semper seminat in præsentī vita, & nunquā metit, quia ad pacē animi nō peruenit. Ideo dicit beat⁹ Ber. cōtra tepiditātē istā. Si incipis, incipe perfectè, si im̄fectus es, hoc iā perfectè age: si p̄fectionis aliqd attigisti, te ipsum in temetipso metire.

*Demolitiē.*

C A P. XI.

Sequitur de mollitiē quæ est impatiētia rei duræ. De qua legitur Proverb. 18. Qui mollis est & dissolutus in opere suo. frater est sua opera dissipantis. Mollis est ille qui cedit duris, id est, tribulationibus succumbit. Vnde quādo in opere inchoato aliquid durum occurrit, ipse ab opere desistit, & talis frater est sua opera dissipantis. Idem enim est ac si ea dissiparet. Mollitiē ista est velut quædā culcitra, in qua diabolus in homine quiescit. Homo etiā mollis est velut homo viuēs, qui ad ignem tribulationis quasi liquefit, & ad nihilum redigitur. Ad quantam miserā deuenturi sint qui molles sunt, insinuat Deut. 28. vbi sic legitur: Homo delicatæ vitæ & luxuriosus valde inuidebit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo, ne de eis det carnibus filiorum suorum quos comedet. eò quòd nihil habeat aliud, & paulò post: Tena autē mulier & delicata, quæ super terrā ingredi nō valebat, nec pedis vestigium figere, propter mollitiem & teneritudinem nimīā inuidebit viro suo, quæ cubat in sinu suo super filij & filia carnibus. Summū remediū contra mollitiē istā est ignis Spiritus sancti, qui lutea consolidat: valet etiā contra istam mollitiē assuetudo durorum: vnde Bern. Rusticus duos habet neruos, fortes lacertos, Exercitatio hoc fecit, sed

R r

cum corpore mollescit. Dissolutus potest vocari in verbo proposito qui mollis est, & qui nullo amore ligatus est ad opus bonū, vel qui paralyticus est, Paralytis enim dissolutione sonat.

*De somnolentia, ubi ponuntur duo exempla quae valent contra eos qui nomine contemplationis palliant pigritiam suam.* C A P. III.

**S**equitur de peccato somnolentiae, quod ad acedia pertinet. Quia sicut legitur Prou. 19. Pigredo immittit soporem, quod potest intelligi de sopore cōtemplationis, & de sopore corporis. Somnū cōtemplationis pigredo immittit in illos qui nomine cōtemplationis palliant pigritiam suā, nolentes operari aliquid. Contra quos possunt valere hae duo exempla quae subiungimus. ¶ Legitur in vitis patrū, quod quidam peregrinus venit ad abbatem Syluanum in montem Sina. Et cum videret fratres operantes, dixit: Quare operamini cibum qui perit? Maria enim optimam partem elegit, &c. Tunc senex fecit ei dari codicem ut legeret, includens eum in cellula. Cum igitur transisset hora nona circūspiciebat ille utrum quis vocaret illū ad cibum: & veniens ad senem interrogavit utrum fratres comedissent. Cui respondit senex: Tu homo spiritualis es, & non necessitas habes hanc escam. Nos autē tanquam carnales comedimus, ideo operamur. Quod cum audisset, coepit poenitere. Cui abbas Ergo necessaria est Martha Maria. Item abbas Ioānes dicebat fratri suo maiori: Velle semper esse securus sicut angeli secuti sunt, nihil operātes, sed sine intermissione Deū collaudātes. Et proiecto pallio suo intrauit in eremū. Et post septimanā rediit & pulsauit ad ostium fratris sui, qui quaeuit, Quis es tu? Et ille respondit. Ego sum Ioānes. Et frater dixit: Ioānes angelus factus est, & vltra inter homines nō est. Ille autē pulsabat, dicens: Quia ego sum, & nō aperuit se. Et dimisit eū affligi. Tandē aperuit ei, dicens, Si homo es, iterū habes necesse opari, ut viuas. Si autē angelus, quid quærīs intrare in cellā? Et ille statim poenitentia egit.

*¶ De somno corporis.*

**D**e somno verō corporis satis planum est, quia pigredo immittit eum. Multi enim ex pigredine conantur ad dormiendum, cum tamen dormire non possunt. ¶ De somno verō corporis ad praesens tria ostendemus. Primo, ostendemus ea quae sunt reprehensibilia circa somnum. ¶ Secundo, ea quae debent homines cohibere à nimietate somni. ¶ Tertio, quae sunt necessaria ad hoc quod aliquis dormiat prout debet.

*¶ Quinque reprehensibilia sunt circa somnum corporis.*

**Q**UINQUE verō reprehensibilia sunt circa somnū. Primo, nimietas somni ad quod pertinet illud Prou. 33. Usquequo pl-